

**bellum, i.** *subs. n.* **FORMA arch.** duellum CIC Leg 2.45. aes atque ferrum duelli instrumenta, non fani. **ETYM** *quamuis incerta, cum bonus (\*DUENELO- 'bonus secundum speciem suam') coniungere iuuat; quod uocabulum ad certas res bellicas pertineret (bella acta, bella gesta 'decientia' uel 'pulchra'), post per ellipsem ut subst. consideraretur<sup>19</sup>; item uulgaris etymologia duellum 'pugnam inter duos', ut a duo proueniens, consistere putat* <sup>19</sup>PAUL FEST 58.20. Duellum bellum, uidelicet quod duabus partibus de uictoria contentibus dimicatur. ISID ORIG 18.1.9. Bellum antea duellum uocatum eo quod duae sint partes dimicantium, uel quod alterum faciat uictorem, alterum uictum. **FAMILIA** duellis (perduellis), duellio (perduellio), Duellona (Bellona, Duellonarius); bellare > antebellare, debellare (debellator), rebellare (rebellatrix, rebellio, rebellis, rebellatio); bellator (bellatorius, Bellatorix); bellax, bellicus, bellicosus, bellosus. *Su raiz ha sido utilizada como primer término de composición con carácter literario: bellicrepus, bellifer, belliger (belligerare, belligerator, belligerosus, Belliger), bellisonus; bellipotens (Bellipotens); derivado compuesto es imbellia (imbellis). DROM belicista, bélico, belicoso, belicosidad. [FREQ maxima 11367<sup>indicia</sup> 1064<sup>f.d.c.m.</sup> 254-184 PLAUT] uocabulum scriptis prosa narrando (historiae) aptum, item argumentando (philosophiae) et scriptis quoque uersu, siue carmini heroico siue lyricis; praecipue uisibus mediis si numerum uideas, pro rata parte doctis praeualet; necnon scriptis technicis (historia naturali, arte militari) apparet.*

| VARIATIO OPERUM |              | indicia | p <sup>f.d.c.m.</sup> subc. |
|-----------------|--------------|---------|-----------------------------|
|                 | exponendo    | 672     | 269                         |
|                 | narrando     | 8062    | 1584                        |
|                 | argumentalis | 2326    | 500                         |
|                 | dramatica    | 96      | 221                         |
|                 | lyrica       | 139     | 632                         |
|                 | satirica     | 72      | 378                         |
| DIACHRONICA     | III-II aec.  | 59      | 146                         |
|                 | I aec.       | 4570    | 1758                        |
|                 | I-II ec.     | 3339    | 884                         |
|                 | III-V ec.    | 3399    | 548                         |
| DIAPHASICA      | quotidiana   | 41      | 236                         |
|                 | media        | 8844    | 821                         |
|                 | docta        | 2482    | 1211                        |
| DIASTRATICA     | litteraria   | 10906   | 1022                        |
|                 | technica     | 461     | 184                         |
| MODUS           | prosa        | 9537    | 844                         |
|                 | uersu        | 1830    | 1028                        |

¶ *saepe pl. militare certamen, praecipue inter gentes uel nationes actum; subst. praedictatiuus est cui adiectiua ad hostilem gentem pertinentia coniunguntur (Gallicum bellum), uel ea quae ad aggredientem uel aggressum ducem pertinent (Octavianum bellum); item structura eiusdem significationis praepositione cum praedita (bellum cum Veientibus) inuenitur* • *frec. pl. enfrentamiento militar, guerra, lucha armada, preferentemente entre naciones; funciona como subs. predicatio al que se unen adjetivos referidos al pueblo contra el que se lucha (Gallicum bellum) o el dirigente atacante o atacado (Octavianum bellum); también en una construcción, semánticamente igual a la anterior, con la prep. cum (bellum cum Veientibus) [HYPER inimicitia HYP bellum antarium, "bellum ciuile, bellum externum, bellum iniustum, bellum internecium, bellum iustum, "bellum nauale, bellum piraticum, "bellum sociale, bellum terrestre HYP NOMEN bellum Antoninianum, bellum "Cimbricum, bellum Mithridaticum, bellum Mutinense, bellum Punicum MER pugna<sup>a</sup>, causa, usus, dux, arma, duellio<sup>b</sup>, doctum Mars ANT pax, indutiae, otium DOM pax, caesa, usus, dux, arma, fortuna, ciuile, inferre, gerere, indicere, facere, aduersus] 254-184 PLAUT Amph 100. cum Telobois bellum est Thebano populo. 44 CIC Diu 99. Marsico bello templum est a senatu Ionuni Sospitae restitutum. 29-9 LIV 1.26.1. imperat Tullus uti iuuentutem in armis habeat: usurum se eorum opera si bellum cum Veientibus foret. 105-110 TAC Hist 1.8. Hispaniae praerant Cluiuis Rufus, uir facundus et pacis artibus, bellis inexpectus. 417 RUT NAM 332. Plurima terreno populauerat aequora bello contra naturam classe timendus eques. [ISID ORIG 18.1.6. bellum uocatur quod contra hostes agitur.*

*certamen acerrimum est, maius quam proelium uel pugna, quae belli casus uel discrimina distinguunt; immo, praeter bellicas actiones, statum belli inter duas partes indicti ostendit* • *se trata de un enfrentamiento que supera casi todo otro, más duro o más extenso que el representado por otras voces, como proelium o pugna, que se refieren a episodios dentro de la guerra; indica, además de un conjunto de acciones guerreras, el estado de enfrentamiento declarado entre dos partes* 160 GELL 1.4. Bellum ... manet, pugna cessat. [ISID ORIG 18.1.8. Differt autem bellum, pugna et proelium. Nam bellum uniuersum dicitur, ut Punicum. Huius partes sunt pugnae, ut Cannensis, Thermensis. Rursus in una pugna multa sunt proelia. Aliud enim in cornibus, aliud in media, aliud in extrema acie geritur. Bellum igitur est totum, pugna unius diei, proelium pars pugnae est.

*quale externum bellum seditioni, i. e. urbano tumultui, opponitur; saepe pl. exstitit, nam bellum complicata et uaria res est, quod per pl. significari naturaliter potest, simul id quod magnum est repraesentat* • *como guerra externa, se opone a seditio, que indica el motin urbano; se utiliza frecuentemente en plural, quizás porque la guerra es cosa compleja y multiforme, y el neutro plural permite expresar este matiz, al tiempo que presenta también la connotación de 'grande'* 62-65 LUCAN 1.1. Bella per Emathios plus quam ciuilia cano. *si bellum ad certamina minime militaria spectare uideas, hoc ipsum intenditur, ut certamen acerrimum, sicut bellum est, inter partes ostendatur* • *cuando bellum se ha aplicado a enfrentamientos no militares, corresponde a usos y contextos en los que se realiza, precisamente, el conflicto en su grado máximo, que es la guerra*

**Bellum.**<sup>24</sup> a notio consecrata ad bellum pertinens • *la Guerra, diuinidad* [HYPER notio consecrata aduersus HYP bellum SIM arma, doctum Mars ANT Pax] 29-19 VERG Aen 1.294. mortiferum ... aduersum in limine Bellum. 79 PLIN Nat 35.27. diuus Augustus in foro suo ... posuit tabulas duas, quae Belli faciem pictam habent et Triumphum.

<sup>25</sup> *iani dei templum, cuius portae pace tantum claudabantur* • *templo que le estaba dedicado al dios Jano, que se cerraba solo en tiempos de paz* [HYPER NOMEN templum] 239-169 ENN Ann 258. Discordia taetra Belli ferratos postes portasque reffregit. 29-19 VERG Aen 1.263. dirae ferro et compagibus artis clauduntur Belli portae. 80-90 STAT Theb 5.144. arma indulget pater et saeui mouet ostia Belli. [SERV Aen 1.294. BELLIPORTAE Iani gemini, quae bello aperiebantur, pace claudabantur. ideo autem Ianus belli tempore patefiebant, ut eiusdem conspectus per bellum pateret, in cuius potestate esset exitus reditusque; id enim ipsa significat eius effigies, praebentis se euntibus et redeuntibus ducem. hunc autem olim Numa Pompilius fecit, cuius portas regni tempore clausit. GLOSS 4.431.44. Belli portae templum est quod bello patet et pace clauditur.

→ *adi. ad bellum pertinentia inueniuntur quibuscum id magis minus coniungitur et belli genera describit* • *aplicados a bellum se encuentran adjetivos con los que se forman collocations más o menos frecuentes, que refieren a tipos de guerra* • *applied to bellum we find adjectives with which more or less frequent collocations are formed, referring to types of warfare*

**bellum antarium.** [FORMA bellum altarium] *bellum ad urbis portas actum* • *guerra que se desarrolla a las puertas de la ciudad* [HYPER bellum] [PAUL FEST 7.26. Antarium bellum, quod ante urbem geritur. SERV Aen 11.156. bellum 'antarium' uocari solitum, quod sit ante urbem, quasi ante aras. GLOSS 2.385.68. ó πρό τῶν πυλῶν πόλεμος. 2.499.45. ó πρό θυρῶν πόλεμος.

**bellum ciuile.**<sup>2490</sup> *bellum inter ciuiles* • *guerra civil* [HYPER bellum SIM arma ciuilia, bellum domesticum, bellum intestinum, discordia ciuilis, arma ciuilia, motus ciuilis, plus quam ciuile bellum ANT concordia ciuilis DOM publicus; contra externum oppositum] 63 CIC Catil 3.19. haruspices ... bellum ciuile ac domesticum ... adpropinquare dixerunt. 105-110 TAC Hist 1.79. Conuersus ad ciuile bellum animis externa sine cura habebantur. 404 SULP Sev Chron 1.28.7. aduersus Benjamin tribum ciuile bellum fuit. INSCR 312 CIL 3.9835. Valerio ... protectori defuncto bello ciuile in Italia ann L. [ISID ORIG 18.1.4. Plus quam ciuile bellum est ubi non solum ciues certant, sed et cognati; quale actum est inter Caesarem et Pompeium, quando gener et socer inuicem dimicauerunt. Siquidem in hac pugna frater cum fratre dimicauit, et pater aduersus filium arma portauit. GLOSS 2.29.4. ἐμφύλιος πόλεμος. 4.211.11. bellum domesticum, quando una ciuitas inter se pugnat. 4.24.50. intestinum.

**bellum domesticum.**<sup>214</sup> *bellum ciuile* • *guerra civil* [HYPER bellum SIM "bellum ciuile] 56 CIC Har resp 49. togatum belli domestici extinctorem. 63-65 SEN Epist 91.7. Quae domesticis bellis steterant regna, quae externis, impellente nullo ruunt. 350 IUST 5.2.12. Domesticis ... bellis Graeciam obtinendam, ne externis uacet. [GLOSS 4.488.25. bellum ciuile. 4.591.42. intra domos.

**bellum externum.**<sup>265</sup> [FORMA bellum extraneum<sup>21</sup>] *bellum contra hostes, bello ciuili oppositum* • *guerra contra enemigos del país, en cuanto opuesta a la guerra civil* [HYPER bellum ANT bellum domesticum] 56 CIC Har resp 49. illum externorum bellorum ... uictorem. 49 SEN Bre 4.5. Romana caede lassos exercitus ad externa bella conuertit. 390 AMM 18.9.3. nihil praeter bella tantum externa. 417-418 OROS Hist 3.21.7. domesticam quietem extraneis bellis interpellatam. [GLOSS 2.411.59. bellum extraneum πόλεμος ἐξωτερικός.

**bellum iniustum.**<sup>214</sup> *bellum non indictum uel quod iusti belli causas excedit* • *guerra indebita o inprocedente por no haber sido declarada o por exceder los motivos de la guerra justa* [HYPER bellum SIM non iustum bellum ANT bellum iustum] 70 CIC Diu in Caec 62. cum uero neque iniuriam acceperis et praetori tuo periculum crees, fatearis caecus est te illi iniustum impiumque bellum inferre ludis. 92 SIL 1.538. turbine necesse ultrix iniusti uibratit caedat belli. 390-406 VULG Iud 11.27. male agitur incens mihi bella non iusta. [ISID ORIG 18.1.2. iniustum bellum est quod de furore, non de legitima ratione initur. De quo in Republica Cicero dicit (3.35): 'illa iniusta bella sunt quae sunt sine causa suscepta'.

**bellum internecium.**<sup>210 57 CIC</sup> *bellum sine misericordia letale* • *guerra mortifera, sin piedad y sin cuartel* [HYPER bellum] 29-9 LIV 9.25.9. nullus modus caedibus fuit delectaque Ausonum gens uix certo defectiois crimine perinde ac si internecio bello certasset. 79 PLIN Nat 10.24. accipiter bellum internecium gerit cum aquila, cohaerentesque saepe prenduntur. 350 IUST 26.2.3. Tanta rabies feros animos inuaserat ut non parcerent aetati cui etiam hostes peperissent, bellumque internecium cum liberis liberorumque matribus gererent. [GLOSS 4.591.43. cum uicti omnes occiduntur.

**bellum internum.**<sup>264</sup> *bellum ciuile* • *guerra civil* [HYPER bellum SIM "bellum ciuile] 105-110 TAC Hist 2.69. Batauorum cohortes ... in Germaniam remissae, principium interno simul externoque bello parantibus fati. 197 TERT Apol 22.2. quod externa atque interna bella dilaniant ... prouidenter scripta sunt. [GLOSS 2.411.60. πόλεμος πολιτικός.

**bellum intestinum.**<sup>229 54 CIC</sup> *bellum ciuile* • *guerra civil o intestina* [HYPER bellum SIM "bellum ciuile] 42-41 SALL Catil 5. Huic ad adulescentia bella intestina, caedens, rapinae, discordia ciuiliis grata fuerit. 60 COLUM 9.9.6. plebs in partem diducitur ... intestino bello totae gentes consumuntur. 400 HIST AUG Gord 22.9. bellum intestinum ortum est, cum esse armati etiam senatores. [GLOSS 2.29.5. πόλεμος μεταξύ συγγενῶν. 4.313.66. ciuile uel domesticum uel castrense.

**bellum iustum.**<sup>234 85 CIC</sup> *bellum defensionis uel uindictionis causa rite indictum* • *guerra formalmente declarada, motivada por reclamación o* [HYPER bellum ANT iniustum bellum] 63 CIC Catil 2.1. Palam iam cum hoste nullo impediendo bellum iustum geremus. 121 SUT Galba 10.4. Alexandrina nauis Dertosam impulit armis iustum ... ut nemini dubium esset, iustum piumque et fauentibus diis bellum suscipi. [ISID ORIG 18.2. Iustum bellum est quod ex praedicto geritur de rebus repetitis aut propulsandum hostium causa.

**bellum iustum.**<sup>25 70 CIC</sup> [FORMA bellum maritimum<sup>22</sup>] *bellum nauale* • *guerra marítima* [HYPER bellum SIM "bellum nauale] 29-9 LIV 42.56.7. triremes ... quadrigemes praetor, quia nusquam erat maritimum bellum, remisit sociis. INSCR 38-12 HD 2919.58a. Athenae. naues hostium depresserit cxix bello maritimo. [GLOSS 4.227.10. quod in mare fit.

**bellum nauale.**<sup>244 35-32 NEP</sup> *bellum mari peractum* • *guerra marítima* [HYPER bellum SIM bellum maritimum] 29-9 LIV 32.21.27. Peloponnesus ... nulli apertior neque opportunior quam nauali bello. 117-180 FLOR Epit 1.45. Inde cum Venetis inani Nauale bellum, sed maior quam Oceano quam cum ipsis nauibus rixa. 368-369 ANON De mach bell 17.1. Liburnam naualibus idoneam bellis. [GLOSS 4.211.14. pugna in nauibus mari. 2.375.13. ναυμαχία. 2.411.61. πόλεμος θαλάσσιος.

**bellum piraticum.**<sup>220</sup> *bellum contra piratas peractum, praecipue id quod Pompeyus anno 67 aec. fecit* • *guerra contra los piratas, especialmente la que llevó a cabo Pompeyo contra los piratas mediterráneos en 67 aec.* [HYPER bellum DOM Creta, Pompeius] 46 CIC P. red. in sen 11. quo in magistratu nisi rogationem de piratico bello tullisset, profecto egestate et improbitate coactus piraticum ipse fecisset. 116 TAC Ann 15.25. in tantum ferme modum aucta potestate, quem populus Romanus Cn. Pompeio bellum piraticum gesturo dederat. 350 IUST 39.5.3. Creta Ciliciaque piratico bello perdomitae in formam prouinciae rediguntur. [ISID ORIG 18.1.5. Nam piratica bella sunt sparsa latronum per maria mioparonibus leuibis et fugacibus, non solum nauibus commeatus, sed etiam insulas prouinciasque uastantibus. Quos primum Gnaeus Pompeius post multam uastationem, quam terra marique diu egerant, mira celeritate compressit ac superauit.

**bellum sociale.**<sup>220</sup> *bellum contra populi Romani socios Latinos, qui Romanam ciuitatem affectabant, annis 91-88 aec. factum* • *guerra social, que hicieron los romanos en 91-88 aec contra los aliados latinos, que aspiraban a la ciudadanía romana* [HYPER bellum SIM bellum] 30 VAL MAX 1.6.4. L. Sulla consul socialis Chabr ... ab ima parte ariae prolapsum anguem prospexit. 417-418 OROS Hist 2.14.17. sub specie socialis belli domesticos motus exsequuntur.

**bellum terrestre.**<sup>28</sup> *bellum terra factum* • *guerra terrestre* [HYPER bellum] 29-9 LIV 21.49.2. Tum ad Trebiam terrestre constitisset bellum, ... a Sempronio consule ... terra marique res gestae. 117-180 FLOR Epit 2.14. terrestribus ac naualibus bellis omne imperii corpus agitur est. 417-418 OROS Hist 6.19.2. Pompeius ... saepe terrestri naualique bello uictus et captus ac post paululum interfectus est. [GLOSS 5.271.7. quod in terra agitur.

→ *item adi. ad homines uel gentes pertinentia inueniuntur quibuscum id coniungitur* • *collociões se formaron colocaciones junto a adj. referidos a nombres de personas o de naciones* • *tambien were also formed next to adj. referring to names of persons or nations*

**bellum Antonianum.**<sup>22</sup> *bellum quod Octavius contra Marcum Antonium annis 31-30 aec. fecit Actiaco proelio persoluto* • *guerra que sostuvieron Octavio y Marco Antonio en 31-30 aec. y que se dirimió en la batalla de Accio* [HYPER NOMEN bellum] 32 VAL MAX 3.8.8. Maeuicis uentibus diui Augusti, cum Antonium bello saepe numero excellentes pugnas edidisset, ... ad Antonium Alexandriam perductus. [GLOSS 5.271.4. quod gessit Antonius.

**bellum Cimbricum.**<sup>219</sup> *bellum quod Romani C. Mario duce contra Cimbricos annis 113-101 aec. confectum est* • *guerra cimbrica, librada entre los romanos y los cimbricos en 113-101 aec, liderada por C. Mario* [HYPER NOMEN bellum SIM bellum Gallicum, bellum Teutonicum] 42-41 SALL Catil 59.3. Ipse ... propter aquilam adistit, quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebat. 79 PLIN Nat 2.148. Armorum cimbrico et tubae sonitus auditos e caelo Cimbricis bellis accepimus. 300-400 AMP 41. Cimbrico bello cum Cimbrici Tridentinas Alpes occupauerunt. [GLOSS 4.488.30. Gallicum, quia Galli Cimbrici dicuntur.

**bellum Cimbricum.**<sup>224</sup> *bellum sociale* • *guerra social* [HYPER NOMEN bellum SIM "bellum sociale] 44-43 CIC Phil 14.33. Multi saepe exercitus Punicis, Gallicis, Italicis bellis clari et magni fuerunt. 30 VELL 2.15.1. Mors Drusi iam pridem tumescens bellum excitauit Italicum. 350 OBSEQ 5.27. Centena milia hominum consumpta Italico ciuilique bello relata sunt. [GLOSS 4.24.51. bellum Romanum.

**bellum Marsicum.**<sup>219 44-43 CIC</sup> *bellum sociale* • *guerra social* [HYPER NOMEN bellum SIM "bellum sociale] 44 CIC Diu 1.99. Marsico bello templum est a senatu Ionuni Sospitae restitutum. 79 PLIN Nat 7.34. serpentem perperit inter initia Marsici belli. 350 IUST 38.152. uniuersam Italiam bello Marsico consurrexisse, non iam libertatem, sed consortium imperii ciuitatisque poscentem.

**bellum Mithridaticum.**<sup>235</sup> *bella a Romanis contra Mithridatem Ponti regem annis 88-63 aec. confecta* • *conjunto de guerras llevadas a cabo por los romanos contra Mitrídates vi del Ponto entre 88-63 aec.* [HYPER NOMEN bellum] 46 CIC Brut 306. cum ... Philo ... Mithridatico bello domo profugisset Romamque uenisset. 80 MART Epigr 6.19.5. Tu Cananas Mithridaticumque bellum ... magna uoce sonas. 368 EUTR 6.16. Pompeius triumphauit de bello piratico et Mithridatico. INSCR HD 23876 Tarracina in Latio et Campania. legionis vi uictricis bello Mithridatico. [GLOSS 5.271.1. quod gessit Mithridates, rex Ponticae prouinciae.

**bellum Mutinense.**<sup>23 117-180 FLOR → 121 SUT</sup> *bellum annis 44-43 aec. confectum, quo Octavius Lepidusque Marcum Antonium Mutinae muris tutum defendere debellaueruntque* • *guerra que tuvo lugar entre los años 44-43 aec., en la que Octavio y Lépidio atacaron y vencieron a Marco Antonio, que se protegía tras los muros de Módena* [HYPER NOMEN bellum] 121 SUT Rhet 1.5. Antonium, item Augustum ne Mutinensium bello omisisset declamandi consuetudinem. [GLOSS 5.271.3. Gallicum: Mutina enim ciuitas in Gallia.

**bellum Punicum.**<sup>2314</sup> *quaecumque et tribus bellis quodcumque Romani contra Carthaginienses saec. III-II aec. pro hegemonia in Mari Nostro occidentali adipiscenda confecerunt* • *cada una de las tres guerras que los romanos mantuvieron y ganaron contra los cartagineses durante los siglos III-II aec. por la hegemonia en el Mediterráneo occidental* [HYPER NOMEN bellum DOM secundum, primum, tertium] 44 CIC Off 1.79. Catonis bellum tertium Punicum, in quo etiam mortui ualuit auctoritas. 30 VELL 2.38.2. Primum Africam Regulum non ferme amati uulgi Punicis belli aggressus est. 300-400 AMP 42. Tertium Punicum bellum maioris gloriae quam operis fuit. INSCR 30-37 HD 25091 Saguntum in Hisp Cit. Publio Scipioni consuli imperatori ob restitutam Saguntum ex senatus consulto bello Punico secundo. [GLOSS 4.24.52. AFRICUM.

**bellum Teutonicum.**<sup>24</sup> *bellum Cimbricum* • *guerra teutónica* [HYPER NOMEN bellum SIM "bellum Cimbricum] 70 FRONTIN Strat 1.2.6. Marius consul bello Cimbrico et Teutonico ad excutiendam Gallorum et Ligurum fidem litteras eis misit. 360 VIR Ill 75.3. Bello Cimbrico et Teutonico legatus bonam operam nauauit. [GLOSS 5.402.41. Gallicum, Teutoni enim Galli sunt.

→ *item loc. uerb. intr. inueniuntur* • *asimismo se encuentran loc. subs. intr.* • *also found loc. subs. intr.*

**bellum committere.** *bellum inire* • *comenzar una guerra* [TROP aggredi SIM "bellum inire] 29-9 LIV 21.40.11. deos inire sine ulla humana ope committere ac profligare bellum. 100-200 PS QUINT Decl 14.7. potionem excogitasti, qua bella committere, qua se totum humanum genus possidet odisse. 390 VEG Mil 4.46. Quid fiat, cum aperta Marte bellum nauale committitur.

**bellum ducere.** a *bellum facere siue bellare* • *hacer la guerra o guerrear* [TROP pugnare SIM bellum gerere] 48 BELL Hisp 26.4. exercitum tironem non audent in campum deducere nostrisque adhuc freti praesidiis bellum ducunt. 350 IUST 15.2.15. Ptolomeus et Cassander ... non commune uniuersorum bellum ducunt nec auxiliium ferre alter alteri uolunt.

**b bellum protrahere uel sustinere** • *prolongar o mantener la guerra* [TROP pugnare] 45 CAES Ciu 1.61.4. magnos equitatus agnoscere auxilia expectabant et suis locis bellum in lieiendam ducere cogitabant. 92 SIL 5.97. si certare dolis et bellum ducere cordi est, interea rapidis aderit Seruilius armis. 105-110 TAC Hist 2.32. proinde duceret bellum. paucis diebus quartam decimam legionem ... adfore.

**bellum facere.** *bellare* • *hacer la guerra o guerrear* [TROP pugnare] 63 CIC Catil 2.11. nullus rex est, qui bellum populo Romano facere possit. 160 GELL 6.2.6. Is admiratur et permouetur, quod Hannibal Carthaginiensis bellum se facere populo Romano uolentem dehortetur. 400 VULG Apoc 13.7. Et est datum illi bellum facere cum sanctis, et uincere eos.

**bellum gerere.** *bellare* • *hacer la guerra o guerrear* [TROP pugnare SIM bellum ducere] 239-169 ENN Trag 105. annos multos longinque ab domo bellum gerentes. 68-44 CIC Att 7.17.4. in quo quidem manebo domo dum spes pacis erit; sin bellum geretur, non deero officio nec dignitati meae. 100-200 PS QUINT Decl 14.7. bella cotidie geruntur aduersus barbaras et bellicosissimas gentes. 368 EUTR 7.11. Nam nusquam ipse pugnavit, bella per legatos gessit suos. [GLOSS 4.431.43. bella gero pugnas facio. 5.250.21. bellago inimicitias exerceo.

**bellum indicere** <sup>aliciu-</sup> *bellum declarare* • *declarar la guerra* a *un Estado* [TROP declarare DOM populus] 63 CIC Catil 2.14. Manlius iste centurio ... bellum populo Romano suo nomine indicit. 92 SIL 1.694. uertant inde ad Carthaginienses arces nec diuum oblitis indicere bella morentur. 314 LACT Mort pers 43.4. Maxentius ... bellum Constantino indixerat quia necem patris sui uindicauerat.

**bellum inferre** <sup>aliciu-</sup> *gentem fines ducent uel regem petere* • *atacar un Estado, territorio o a un gobernante* [TROP aggredi DOM Romanus, consul, auxilium] 29-9 LIV 1.11.5. Nouissimum ab Sabinis bellum ortum ... nec ostenderunt bellum prius quam intulerunt. 50 CURT 3.5.11. Strepitum hostilium armorum exaudire mihi uideo et, qui ultro intuli bellum, iam prius prouocor. 350 IUST 17.1.8. ad Seleucum deficiunt eumque ... bellum Lysimacho inferre compellunt.

**bellum inire.** *bellum initiare* • *comenzar una guerra* [TROP aggredi SIM bellum committere, bellum suscipere] 29-9 LIV 4.24.2. iussosque suo consilio bellum initum suis uiribus exsequi. 160 GELL 5.18.9. Scribere autem, bellum initum quo consule et quo confectum sit. 390-406 VULG Chro 1 20.4. post haec initum est bellum in Gazer aduersus Philistheos.

**bellum suscipere.** *bellum initiare* • *comenzar una guerra* [TROP aggredi SIM "bellum inire] 86-82 RHEH Her 2.49. quarum rerum causa bella suscipiuntur et cum hostibus de uita dimicatur. 121 SUT Aug 25.4. Proelium quidem aut bellum suscipiendum omnino negabat. 368 EUTR 2.7. bellum contra eos susceptum est et ingenti pugna superati sunt.